Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

contendimus ſiue abſentes ſiue preſentes placere illi Coll
Omnipotens ſempiterne deus da nobis fidei ſpei
et caritatis augmentum et ut mereamur aſſequi
quod promittis fac nos amare quod preci
pis P Collecta O mnipotens et miſericors deus per
quem cepit eſſe quod non erat et factum eſt uiſi
bile quod latebat ſtulticiam cordis noſtri emunda et
que in nobis ſunt uiciorum ſecreta purifica ut poſſi
mus tibi deo pura mente ſeruire P Euangelium
H omo quidam deſcendebat ab ierusalem in iericho et incidit
in latrones qui etiam deſpoliauerunt eum et plagis im
poſitis abierunt ſemiuiuo relicto an Samaritanus quidam
iter faciens et uidens eum ſemiuiuum relictum miſericor
dia motus eſt et apropians alligauit uulnera eius infun
dens oleum et vinum duxit in ſtabulum et curam eius egit
an Quis tibi uidetur proximus fuiſſe illi qui incidit in
latrones et ille ait qui fecit miſericordiam in illum uade et tu
fac ſimiliter alleluia Dominica xiiii post octavas
pentecoſtes Lectio ſancti euangelii ſecundum Lucam
In illo tempore Cum iret ihesus in hierusalem tranſie
bat per mediam ſamariam et gallileam Et cum ingre
deretur quoddam caſtellum occurrerunt ei decem uiri
leproſi Et reliqua Omelia venerabilis Bede pbri de
L eproſi non abſurde intelligi poſſunt qui
ſcientiam vere fidei non habentes uarias doctrinas
profitentur erroris Non enim uel abſcondunt impe
ritiam ſuam ſed pro ſumma peritia proferunt in lucem
et iactancia ſermonis oſtentant Tu autem N ul
la porro falſa doctrina eſt que non aliqua uera
intermiſceat Vera ergo falſis inordinate permi
xta in una diſputatione uel narratione hominis tamquam
in unius corporis colore apparentia ſignificant
lepram tamquam ueris falſisque colorum locis humana
corpora variantem atque maculantem Tu Hy autem
tam uitandi ſunt eccleſie ut ſi fieri poteſt longius
remoti magno clamore christum interpellent Vnde
et apte ſubiungitur Qui ſteterunt a longe et le
uauerunt uocem dicentes Ihesu preceptor miſerere noſtri
Et bene ut ſaluarentur ihesum preceptorem nominant
Quia enim in eius uerbis ſe erraſſe ſignificant